

Vd
603





OK 57, 41⁶

Va
603.



h. 57, 41⁶

I, 640.



CARMEN
PANEGRICVM
SERENISSIMO
XAVERIO

REG. PRINC. POL. ET LITHVAN.
DVCI SAXONIAE REL.
H. T. ELECTORATVS SAXONICI
ADMINISTRATORI

ACTVM
POSITI AD RESTAVRANDAM
SANCTAE CRVCIS AEDEM
LAPIDIS INAUGVRALIS

D. XVI. IVL. MDCC LXIV.
SVA IPSIVSMET OPERA
SOLENNISSIMVM
REDDENTI
DEVOTISSIMO CVLTV

INSCRIPTVM
AB
ADAMO GRENZ

V. D. M.

DRESDAE
APVD J. N. GERLACHIVM ET FIL.



ERRATA
P. 100
SERENISSIMO
XAVIERIO
REG. PRINC. POL. ET LITHV.
DUCI SACCORUM
M. T. ELECTORALIS SACCORUM
ADMINISTRATORI
POSTI AD RESTATUENDUM
SANCTAE CRUCIS ABBATII
LAPIDIS INAVGURABILIS



DEDICATIO

ADMITTI TENVIS ROGITAT MEA REGIE PRINCEPS
MVSA MANVM REVERENS CVM PIETATE TVAM
NAM PROPRIA LIBVIT LAPIDEM QVO FABRICA TEMPLI
NITI DEBEBAT RITE LOCARE MANV
GRATIA TANTA FVIT QVAE CONSIGNATA PERENNET
HVNCC E MEI CVPIO CARMINIS ESSE SCOPVM
HINC GRAVE QVA SAXVM NVPER FIRMARE PLACEBAT
HASCE LEVES CHARTAS ET CAPE QVAESO MANV

DEUTSCHLAND

Aus dem Nachlass von
Herrn Dr. phil. h. c. h. G. G. G.
geb. am 1. März 1810 in
Halle a. S. gest. am 15. März 1880 in
Halle a. S. hinterlassen.
Halle a. S. im Jahre 1880.
Verlag von G. G. G.



CARMINIS STRUCTVRA


T hematis indicium cum invocatione poëtica	-	a v.	1	-	13
Belli per transitionem tantum recordatio	-	-	14	-	22
Irae divinae commemoratio per calamitates immiffas	-	-	23	-	31
<i>a)</i> per ventos & grandines	-	-	32	-	38
<i>b)</i> per maris aestus	-	-	38	-	45
<i>c)</i> per terrae motus	-	-	46	-	60
<i>d)</i> per locustarum invafiones	-	-	61	-	66
<i>e)</i> per morbos armentarios	-	-	67	-	69
<i>f)</i> per bella cruenta	-	-	70	-	94
Oppugnatio urbis Dresdenfis	-	-	95	-	122
Laetior temporis catastrophe	-	-	123	-	125
Genii tutelarıs excitatio ad restaurandam crucis aedem	-	-	126	-	143
Instaurandi confilium	-	-	144	-	149
Dies publici cultus pro felici auspicio & frequentia populi	-	-	150	-	159
Mufica foennis	-	-	160	-	170
Oratio facra pro concione habita	-	-	171	-	182
Solennis e templo b. virginis processus	-	-	183	-	202

A iij

Sere-

Sereniffimae Domus Regio-Elect. praesen- tia in vicino palatio	-	-	a v. 203 - 209
Insignis spectantium frequentia	-	-	- 210 - 212
Descensus in fundum	-	-	- 213 - 216
Adventus Sereniff. Principis XAVERII	-	-	- 217 - 228
Cantus devotus cum concentu musico	-	-	- 228 - 232
Oratio supplex ad Sereniff. XAVERIVM	-	-	- 233 - 237
Benevolentissima Ministri, nomine Principis, re- sponsio	-	-	- 238 - 244
IPSIVS Principis in ponendo lapide opera	-	-	- 245 - 248
Hymnus Ambrosianus solemnissimo ritu decantatus	-	-	- 249 - 255
Conclusio dicta prece publica & benedictione eccle- siastica	-	-	- 256 - 266
Gratia XAVERII admittentis quosdam ad osculan- dam dextram	-	-	- 267 - 270
Gloriosus Principis discessus	-	-	- 271 - 274
Piae preces pro quocunque statu & felici coeptorum consummatione	-	-	- 275 - 312

Augu-



Augustum cantare Diem, te, Musa, faventem
Exopto, venam pervadat ut igneus ardor.

Fac, memorare diem, qui dat primordia magno,
Quem nobis bellum peperit pertriste, labori.

5 Da, Clio, Lapidem votis cantare sacratum,
Atque operis magni spem structuraeque futurae,
Quemque SVA dextra XAVERIVS Ipse locavit.
Hunc mandare Diem fastis, da commoda verba:

Da laudes inter sic percensere querelas,
10 Ne sit imaginibus mea mens obfusa molestis
Excelsis impar rebus laetisque canendis.

Sique fluant lacrimae, tamen & paeana per auras
Mittere connitar, gratus tacturus olympum.

Hor.

- Horreo Martis opus, laetas qui gente minaci
 15 Conculcat fegetes, tutamque cohortibus urbem
 Cingit, & interitum vultu definit & armis.
 Aethere caeruleo nil gratius extat ocellis:
 Sed dum caeruleus confurgit miles in arvis,
 Terra suo aspectu cives consternit inermes,
 20 Consilii que inopes curis immergit acerbis.
 Angor edax facies cunctorum signat, & omnem
 Denegat obsessis vis conglomerata salutem.

- Ast non irati iuvat hostis dicere facta,
 Non urbis repetam discrimina, fata, metumque:
 25 Incensi potius memorabo Numinis iram.
 Eius erat, nutu nostras confundere mentes.
 Evocat ipse Deus vindex atque instruit armis,
 Irae quos statuit praecones atque ministros.
 Iussa subire parat naturae exercitus omnis.
 30 Obsequiosa suas praebent elementa Potenti
 Vires, ad nutum Domini fervire parata.
 Terribili erumpunt ex antris murmure venti:
 Miscetur tepidus frigidis aquilonibus auster,

Grandinibusque nocens gravidas confringit aristas:

35 Affidui subito rationeque speque coloni

Absumta tristi deformans omnia strage.

Nec rapidis antiqua potest obsistere quercus

Ventis, divino nutu surgentibus. Aequor

Intumet, atque naves, boreae ludibria saevi,

40 Iactat & attollit, tanto ut violentius abdat

In fundi tenebris pelagique furentis abyſſo.

Sic tereti fracto, qui gestat carbasa, malo

Ejiciuntur opes, homines (miserabile visu)

Fluctibus absorpti pereunt, & vortice merſi

45 Vivorum ex oculis fundum rapiuntur ad imum.

Immo humus ipsa suis firmis innixa columnis

Contremit, afflatu subito concussa Tonantis.

Diffiliunt rupes, & summa cacumina sylvae

Nutant, ac domuum castellorumque ruinae

50 Confusos agitant dubios redduntque colonos

Detur ubi effugii locus, aut ubi mansio tuta,

Namque nec in patulis tutum est subsistere campis,

Vndique quin tellus internis pulsa dehiscat

Flatibus, & vivis horrendos pandat hiatus.

B

55 Hei!



- 55 Hei! *Lisbona* rei documentum triste reliquit.
 Celsa sepulta iacet sedes, iacet obsita triffi
 Pulvere gemmarum, totum celebrata per orbem,
 Congeries, abiit pretiosus splendor in umbras.
 Sic vastare potens gentes Deus admonet omnes,
 60 Immemores ne sint eius virtutis & irae.
 Talibus immixtis nondum pacata recessit
 In pravos erecta manus Domini, nova praesto
 Est acies, acies tristissima frugibus arvi:
 Demetit, hei! *Cereris* largissima dona voraci
 65 Fauce locusta, malum, ficcus quod spargit ab ortu
 Eurus, terribili submergens agmine campos.
 Laesa quoque in stabulis sua Numen iura reposcit,
 Non parcens ovibus, furtiva peste iuveneam
 Percutiens, subita minuensque bovia strage.
 70 Sic monuisse Deum nos dudum novimus omnes;
 Sed mens laeva fuit, nimiumque supina futuris
 Attendisse malis: hinc asperiora parabat
 Continuo nimium lassatum crimine Numen.
 Lurida bella parat virgae spernentibus usum:
 75 Arma virosque vocat, conscripto milite tellus

Turget

- Turget, & armorum strepitus ferit aëra late:
 Campus vim patitur: segetes sub calce gemiscunt:
 Non via tuta patet: non est habitatio tuta:
 Errat eques rapido per inhospita saxa caballo,
 80 Arcta veste volans, caput incomtus, faciemque
 Torva tuens, rauca deposcens omnia voce:
 Irruit in villas: lingua titubante favorem
 Villicus exorans adamantina pectora pulsat.
 Quicquid adest vitale fugit: sua tecta columbae
 85 Imbelles linquunt: vano gallina volatu
 Se servare studet: fugit omne volatile sedes:
 Ipsemet & vacuus linquit sua tecta colonus.
 Laedere iura vetat lex, ordo praecipit aequum;
 Namque nec in bello iusto ius exulat omne:
 90 Ast mens cuncta ferox tentat, furor arma ministrat,
 Illataeque semel vi fera medela paratur.
 Migrans iura fugit, manet irreparabile damnum.
 Ius poenam statuit, nescitur nomen atrocis.
 Sic est nulla salus bello, sed damna, dolusque.

- 95 Haec fumus experti belli tristissima fata.
 Splendida nunc miseris urbs deformata ruinis,
 Urbs antiqua Ducum, celso quos sanguine cretos
 Gloria nobilitat propriis virtutibus aucta,
 Quosque suos novit Gens ALBERTINA Nepotes,
 100 Culta his PRINCIPIBUS tantis & semper amata
 Dresda, bonam partem diros experta furores
 Hostis, in horrendis luget sua fata ruinis.
 PRINCIPIS inconcussa domus, pars mansit & urbis,
 Ut bonitatis sint vel & inter rudera testes,
 105 Qui grati celebrent moderatam Numinis iram,
 Qui, quae vult, servat, qui iam ruitura tuetur,
 Qui violenta finit metam tormenta ferire,
 Quive errare iubet bene definita, scopoque
 Dimovet, atque potens iniectos enecat ignes.
 110 Ut tamen & consent irae monumenta furentis,
 In tenues abeunt & templa sacrata favillas.
 Hei! quam dira fremunt tremulas tormenta per auras:
 Evomit horrendas hostilis machina glandes:
 Igneus interitum portendit civibus imber:
 115 Hinc inde exsurgunt infesti turribus ignes:

De-

Detonat in templum crucis hei! violentia Martis:
 Concidit ampla domus, turri nutante decora:
 Diffluit aesque fonans, augetque pericla ruinae:
 Conterit ignis edax lapides, in fornice non est
 120 Condensata satis vis, quin subito ruat omnis
 Moles, artis opus, facies nunc lurida belli.
 Sic exusta aedes est laesi Numinis index.

Ast sedare iubet lux has hodierna querelas.
 Laetior illuxit dudum exoptata dierum.
 125 Nunc agitur reparandae aedis dignissima cura.
 Tutelaris adest, caelo demissus ab alto
 Iussa Dei referens, fando sic ora resolvit:
 Clemens foeda diu conspexit rudera Numen:
 Erigier iubet haec: sibi reddi praecipit aedem:
 130 Reppetit antiquas aras, cultumque diurnum:
 Sancta sonare sui, ceu quondam, dogmata verbi
 Postulat, atque sacris iterandis cuncta parari.
 Euge, adhibete manus, fideique resumite vires:
 Pondera curarum ne fiant causa morandi:
 135 Ne ratio minuat studium subducta sacratum:



Humanis nimium niti rationibus aegras
 Perturbat mentes, suffocat spemque fidemque:
 Vos graviora etiam passos meminisse iuvabit:
 Spes ideo fit firma, dabit Deus his quoque finem.

140 Haec ubi dicta dedit, caelo commonstrat in alto
 Iris obiectam faciem, variique coloris
 Icona, sub nebulis multi solaminis instar,
 En! ait, in signo hoc en! vobis Numen amicum.*)

His genii verbis, tota cum gente, Senatus
 145 Erectis animis, spe firma, mente resecta,
 E cinere instituunt crucis instaurare sacratam
 Aedem, effecturi sacris conventibus aptam.
 Haec ut succedat superans res ardua vires
 Humanas, geminas tendunt ad fidera palmas.
 150 Quod pietatis opus coniuncta mente probandum
 Est indicta dies sacris, incepta potenti
 Commendare Deo, nutu graviora levanti.

Aeris ad excelsum sonitum Spectabilis Ordo
 Procedit Patrum, quibus urbis cura salusque

155 Com-

*) Apparuit revera eodem mane huius diei solennis pulcherrima iris, ut gratiae divinae signum, ita & diei perquam sereni praenuncia,

155 Commissa est, veniunt lecta comitante caterva
 Primorum tribuum, vultuque habituque modesti
 Comparant omnes, pius advolat undique coetus
 Numen cuncta potens oratum: concio tanta est,
 Ut numerum haud capiat templi fatis ampla capedo.

160 Musicus auditur concentus, cuncta moventur:
 Non solum pietas labiorum personat auras:
 Clangunt vitali quoque res virtute carentes:
 Dant chordae strepitum compressae pollice acutum:
 Cornua curva fonos edunt inflata potentes:

165 Persfrepit infractis tuba martia flatibus aures:
 Tympana percellunt animoso pectora pulsu:
 Organa tacta fonos sublimi in fornice reddunt,
 Concentusque regunt suaves moderamine forti:
 Dulcisonoque chorus divinas gutture laudes

170 Occinir: unito resonant spiramine cuncta.
 Cuncta silent subito. Proccdit sponte disertus,
 Et gravis, & vultu mitis, genioque potenti
 Afflatus, nostrae pandens oracula genti
 Digna die atque loco, cunctis dilectus am-Ende.

175 Ad crucis excelsum spectat meditatio signum:

Ds

De cruce, cum Paulo est ipsi omnis gloria, Christi:

Cumque crucis sit nunc aedes reddenda futuris

Vsibus, hoc solo Christo fundamine standum,

Comprobat illustri, sermonis cardine, dicto:

180 *Non alio debet collecta ecclesia niri,*

*Quam posito iam nunc, JESV fundamine CHRISTO. *)*

CHRISTO SIC POSITO FUNDAMINE LAPSA RESURGET. **)

Sic satis instructo grege nunc disceditur inde,

Fitque ex decreto processus in ordine iusto.

185 Praecedit *iuvenum* coetus, quis musica curae est:

Quique sacris adsunt peragendis arte canendi:

Sunt illis *morum doctrinarumque Magistri*

Ad latus: *aeditui* succedunt: hisque modesti

Cives, quis ulla est concredita cura ministra

190 In rebus, quae vel sacra vel civilia tractant.

Ordo facer sequitur pandens oracula Summi,

Quorum commisit fidei mysteria Numen:

Hisque Magistratus succedit candidus Ordo:

Magni-

*) Oraculum pro materia dicendi accommodatissimum ab Magnif. oratore
delectum ex I. ad Corinth. III, 11.

**) Versus annum huius negotii memorabilem designans, 1764.

Magnifico demum fulgens splendore **Senatus**,

195 Quem penes est regimen sacrorum & summa potestas.

Omnis eat tuto haec series praedicta Virorum,

Praesidio est miles iussis instructus & armis,

Cingit ubique agmen, praestans loca tuta viasque.

Addidit his ingens decretis pondus honoris

200 **PRINCIPIS** ad iussum legio formata, forique

Omne tenens spatium, vultuque armisque decora:

Mollem nunc animum spirans, ad dicta paratum.

Ducta locum series quum pervenisset ad illum,

Actus ubi princeps in ponendo lapide imo

205 Exercendus erat; torquent huc lumina cuncti.

Ipsa **ELECTOR** adest *minor*, Ipsa **ANTONIA**, Mater,

Celsaque Progenies regali sanguine creta,

Quosque *Domus* nutrit praesens *Augusta* Nepotes.

Venerat huc omnis spectatum lecta **Corona**,

210 Sunt oculatae omnes, quot dantur ubique, fenestrae:

Allicit & novitas, & res dignissima visu:

Tecta patent domuum, cupidi quoque culmina scandunt.

Testibus e multis numerus selectus ad imum

C

Descen-

Descendit fundum. Sacrorum quippe Ministri:
 215 Ordo Magistratus: & qui moderamine iusto
 Saxonis praesunt sacris, & iura tuentur.

Quisquis ad adventum cupidus prospectat ocellis
 PRINCIPIS, Heredis magni virtutis avitae,
 Qui patriae Decus est, antiquae Gloria gentis,
 220 Consilio sapiens, fortis, bonus atque fidelis.

Advenit oratus Celsus XAVERIVS, omnis
 Nuntiat accessum digno commota fufurro
 Concio: cuncta sonant: tuba clangit: tympana pulsa
 Auras pertenues mixto stridore pererrant.
 225 Expectatus adest PRINCEPS, cinctusque Ministris,
 Quos antiqua fides excelso munere dignos
 Reddidit, & Domino caros, populoque verendos.

Confidet in folio PRINCEPS: & concio concors
 Nunc orat Numen: *Praesto sit gratia Summi,*
 230 *Annuat & coeptis eius benedictio nostris. *)*
 Finito chorus hoc cantu concentibus, artis
 Legibus adstrictis, aures & pectora mulcet.

Con-

*) Cantilena: Es woll uns Gdt genädig seyn, und seinen Segen geben 2c.

Conticuere omnes intentique ora tenebant.

Oratum prodit Vir prudens, Osque Senatus, *)

235 Fundamén **DOMINVS** ponat, lapidemque paratum

Collocet; ex imo testatus corde dolorem,

Tantam quod dederit bellum exitiale ruinam.

Serius attendit **PRINCEPS**, ufusque diferto

Pronam declarat cunctis **Interprete**)** mentem,

240 Votis gratificans recipit maiora petitis.

Ceu ros mane novo flaccas fufus fuper herbas

Erigit, humectat, viresque ministrat ariftis:

Sic timidás reficit mentes oratio blanda,

Qua nequit optari promiffio gratior unquam.

245 Surgens de folio **PRINCEPS** nunc expedit **IPSE**

Rem magnam, lapidem, fubiefta calce, locando,

Aetatis noftrae rebus variisque refoftis,

Firmat eum trino pulfu, pro more recepto.

Nunc fuper hunc actum pia concio concinit almi

250 Numinis excelfas laudes *hymno Ambrofiano.***)*

C ij Tyna-

*) Senatus Dresdenfis Syndicus *Schroecerus*, I. V. D.

***) Illuflriff. Domino, S. R. I. Comite de *Rex*.

****) Herr Gdt, dich loben wir etc.

- Tympana, bombardae, scelopeta, tubaeque, fidesque
 Cantu miscentur, crepitusque per aethera pellunt.
 Cuncta suo Summi laudes clangore sonoras
 Reddere contendunt, vel sit vox viva canentis,
 255 Arte vel excussus pulsus crepitusve sonantis.
 Finito hoc cantu procedit mysta, sacratum
 Stans iuxta lapidem, collaudat voce sonora
 Omnipotens Numen: sensu respondet eodem
 Lectus ei chorus: hic tum pergit vota precesque
 260 Decantare pias: tandem benedictio toti
 Asseritur populo, magni sub nomine Jovae.
 Vota precesque pia **PRINCEPS** stans excipit aure,
 Exemploque pio **SIBI** gentis pectora mille
 Conciliat, Tanto rem praestans **PRINCIPE** dignam.
 265 Denique divinas decantat concio laudes,
 Commendatque Deo placida rem mente potenti. *)
 Gratia Munifici ne desit **PRINCIPIS** ulla;
 Admissi, placuit, figant ut basia dextrae
 Ordo Senatorum, sancti verbiq; Ministri.
 270 Quod fuit in votis praestantior exitus ornatum. **Disce.**
 *) Finitur actus cantilena: Nun danket alle **GOTT** rei.

Discedit PRINCEPS rebus sic rite peractis,
 Ampla discedit rursus comitante caterva:
 Armorum strepitus gressus comitantur honosque.
 Digna manebit EVM positi nunc gloria faxi.

275 Nunc ego Te supplex, Venerabile Numen, adoro.

Tu nobis perstas rupes immota potensque:
 Est Tua solamen nobis promissio firmum:

Ac licet & montes moveantur, sedeque colles

Moti labantur, tamen haud clementia nostra

280 *Cedet, nec foedus labefiet pacis amicum.*)*

Nos, Deus, hoc maesta voto, patriamque revise:

Tristibus edicto revoca submersa ruinis,

Atque frui nobis da pacis fructibus almae.

SAXONICAE DOMVI sortem largire perennem:

285 Quem patriae DOMINVM posuisti, aetate minorem,

Respice, summe Parens, animi virtutibus auctum,

Viribus & firmum, seclis concede futuris.

C iij

Augu-

*) Jes. LIV, 10.

Augustam cura MATREM, memoremque doloris
Iugiter & dulci solamine redde refectam.

290 PALMITIBVS teneris vitalem infunde vigorem,
Atque sua quondam cunctas fac forte beatas.

Sitque Tibi curae fortis XAVERIVS, amplo
Munere defungens, patriae, fac, ILLE salutem
Fundet & amplificet, firmet, tueatur & ornet.

295 REGIA tota DOMVS, cuius iam fama per orbem
Percrebuit, porro radicibus haereat altis,
Inque dies surgat splendor virtutis avitae.

Et Tibi sint curae Summi, Deus alme, Ministri,
Hos firma patriae, magna virtute, columnas.

300 Sancta Tibi Synodus sit commendata Virorum
Publica pervigili studio qui sacra tuentur.

Cinctos siste Tua *verbi* virtute Ministros,
Et fac, si visum est, laentur ut aede refecta.

305 Respice, magne Deus, vultu auxiliante Senatum,
Et grave sollicitis animis onus exime: fontes

Irriguos aperi: sitientes redde refectos,
Atque opus esse Tuum recte sperantibus in Te
Monstra: materiem lapidesque iubeque parari.

Qui

Qui praesunt operi genio sapiente gubernata:

310 Quique operas faciunt, id agant, fac, mente manaque

Affidua: praesta vires: averte pericla:

Vtque coronet opus bonus olim, perface, finis.



XIII

PALEONTOLOGIA


Quae sunt opus huius libri
Quae sunt opus huius libri
Quae sunt opus huius libri
Quae sunt opus huius libri



10036M

VD 18

M. C.



ULB Halle


007 661 630



3







CARMEN
PANEGYRICVM
SERENISSIMO
X A V E R I O

REG. PRINC. POL. ET LITHVAN.
DVCI SAXONIAE REL.
H. T. ELECTORATVS SAXONICI
ADMINISTRATORI

ACTVM
POSITI AD RESTAVRANDAM
SANCTAE CRVCIS AEDEM
LAPIDIS INAVGVRALIS

D. XVI. IVL. M DCC LXIV.
SVA IPSIVSMET OPERA
SOLENNISSIMVM

REDDENTI
DEVOTISSIMO CVLTV
INSCRIPTVM
AB
A D A M O G R E N Z

V. D. M.
D R E S D A E
APVD J. N. GERLACHIVM ET FIL.

